Ad Lectorem.

ANte triginta tres, & qvod excurrit annos dira proh Martis Erynnis pleraq́ʒ, ut & dulcisſimam Pomeraniam, Sareptamq́ʒ noſtram Gryphiswaldenſem, vaſtando non tantum funditus ſuſtulit, unde ad nos, tanqvam Aſylum, Cives qvidam Academici, Studioſi ex variis Sapientiæ delubris puta Wittebergenſium, Marpurgenſium, Roſtochienſium, Erneſtinæ Schonburgicorum &c. confluxerunt, qvibus in Collegio qvodam diſputatorio Privato, ad petitum ipſorum, numero non parvo præſentibus, diſtinctis actibus Synopſin Florilegii mei Theologici propoſui, & ventilationibus examinavi. Promiſi, ad inſtantiam illorum, eam publici juris me facturum: ſteti ante annos qvatuordecim promiſis, & ſub nomine MEDULLÆ, Gryphiswaldii Typis Typographi Academici excuſæ, me debito exſolvi. Ea ubi bonis placuit, & Exemplaria diſtracta ſunt, ſollicitavit apud me Bibliopola Stetinenſis, Jeremias Mamphraſius, ſuis ſumptibus ſecundam editionem. In eam ubi conſenſi, nonnihil ad auctam Medullam ante qvatuor annos vidiſtis, & quidem qva ea, qvæ, ubi attentius perleges, ad ædificandum, vel reminiſcendum facere posſunt. Ubi exemplaria ſecundæ & tertiæ editioniss diſtracta, jam qvarto in publicum ea ipſa; Sed correctior & duplici indice auctior prodit.

Utere his bone Lector & Errata Typothetæ feſtinatione commiſſa qvæſo emenda.

INDEX